Le rôle de α restera secondaire. Si historiquement il a eu une diffusion plus large, s'il a contribué à et là à amender le texte reçu de Φ , son origine ne présente pas de titres aussi sûrs, et son texte est bien davantage blessé que celui de Φ . Mais témoin probablement indépendant, son appoint sera utile pour appuyer l'une ou l'autre correction à φ .

§ 27. CORRECTIONS À φ

Nous délaissions la leçon de φ quand le contexte ne la supporte pas (var. 139 209 234 259 etc.), ou y perd de son intelligibilité (var. 65 119 180 203) ; ou encore si cette leçon altère la *sententia* de l'auteur cité (var. 55 167 246 260 283 etc.). A fortiori, nous délaissions les leçons analogues de P^a (var. 38 65 149 etc.).

Par contre nous conservons la leçon de φ dès qu'elle est intelligible, même si d'autres traditions en proposent une plus claire ou plus facile (var. 8 50 102 160 192 218), ou plus conforme à la *littera* des originaux cités (var. 175 236 248).

Nous n'avons jamais eu à corriger sans appui dans la tradition ancienne². Très rares sont les cas ambigus qui sollicitaient un choix de l'éditeur. *Causatum* ou *creatuum* paraît ici une dizaine de fois, et les témoins de Φ n'y sont pas toujours d'accord : P^a écrit³ *c'atū*

1. Pour l'édition Vivès (1876 et 1889), l'abbé Fretet, faisant confiance au ms. de Sainte-Geneviève (P¹), rejettait en appareil deux passages omis par α , et croyait devoir supprimer ce qui ne se raccordait plus au contexte : il mutilait ainsi le texte Φ de 8 lignes (46-53) et 7 lignes (64-71).

2. C'est-à-dire, celle des 15 témoins cités en apparat.

3. Le scribe du *De aeternitate* en P^a n'intervient dans ce ms. que pour cet opuscule et le suivant (*De motu cordis*). Son écriture est sobre, ordinairement sans ambiguïté ; mais il a pu interpréter à tort une graphie abrégée de son modèle ; et pareillement φ vis-à-vis de Φ .

ou *c'ain* là où γ écrit *cānū*; nous avons fait répondre *causatum* à *philosophos* (var. 12-14).

En 203, nous adoptons contre γφ la leçon αλ : « Omne quod fit ex incontingentia fit ». Cet axiome se lit identique en *Super Sent. III d.3 q.5 a.3 ad 3 et au De Potentia* q.3 a.1 ad 15, avec même explication et références à *I Physicorum*. Sa formulation¹ imite en effet ce qu'on lit en *Phys. I* textus 45 (188 b 12) : « Necesse est omne consonans ex inconsonantib[us] fieri » (*Vetus et Moerbeekana*) ; mais l'idée est assez différente, et nous n'en avons pas trouvé l'équivalent textuel en Aristote.

§ 28. APPARAT CRITIQUE

Les quatre groupes α γ λ et φ concourant à divers titres à l'établissement du texte, toutes leurs variantes seront signalées en *apparat²*, ainsi que celles des témoins majeurs N¹ P¹ et P²⁸. Chaque groupe est représenté par les témoins que l'examen critique a distingués :

α	signifie l'accord	C ¹ F ¹ F ¹⁸ Lc
β	—	Li ² P ¹ P ⁴⁸ (ou Li ² P ⁴⁸ <i>ras.</i> pP ¹)
γ	—	N ¹ Bu ¹ Bx ³ Po ¹
λ	—	E ² L ²⁸ M ¹⁰
φ	—	P ²⁸ β

Seuls ces 15 témoins seront nommés en *apparat*. Sauf pour N¹ P¹ et P²⁸, les variantes individuelles ne seront signalées qu'à l'occasion d'autres variantes, tout élément d'apparat devant faire connaître la leçon de chacun des témoins sélectionnés.

Par exception, et pour éviter toute ambiguïté, nous mentionnons P⁴⁸ avec P¹, bien que nous admissions la filiation P¹→P⁴⁸.

§ 29. APPARAT DES SOURCES

Il n'était pas question d'évoquer ici, même sommairement, l'énorme littérature du sujet au XIII^e siècle. Sauf une ou deux exceptions, nous avons limité cet *apparat* à quelques extraits d'auteurs représentatifs de la tradition théologique des années 1230-1270 : Alexandre de Halès, Albert le Grand, Bonaventure, dont il est facile d'atteindre les œuvres.

Les questions de Guillaume de Bagliona et de Pecham, alléguées comme témoins de l'enseignement franciscain aux alentours de 1270, ont été récemment éditées par I. Brady : celles de Bagliona dans *Antonianum*, 47 (1972) pp. 367-371 et 582-616 ; celle de Pecham dans *St. Thomas Aquinas 1274-1974 Commemorative Studies*, Toronto 1974, vol. II, pp. 165-177.

1. Autre formule en *De veritate* q.28 a.9 arg.9 : « Cuiuslibet mutationis duo termini sunt incontingentes, id est qui non possunt simul esse ».

2. Il nous paraît incorrect de signaler les variantes de α γ et λ uniquement à l'occasion de leur suppléance à φ. Nous espérons que notre *apparat complet* n'égarera pas le lecteur ; pareil éventail de variantes doit plutôt illustrer la position de φ et de P²⁸, en faisant toucher du doigt la dégradation du texte en moins d'un quart de siècle de transmission.

DE AETERNITATE MUNDI

S I G L A C O D I C U M

Li² Lisboa, Bibl. Nacional, fondo Geral 2299

P¹ Paris, Bibl. Nationale, lat. 14546

P⁴⁸ Paris, Bibl. Nationale, lat. 14550

β = consensus codd. Li²P¹P⁴⁸

P²³ Paris, Bibl. Nationale, lat. 16297

φ = consensus codd. P²³β

Bu¹ Budapest, Országos Széchényi Könyvtár, Clmæ 104

Bx³ Bruxelles, Bibl. Royale 873-885 (1561)

N¹ Napoli, Bibl. Nazionale VII.B.16

Po¹ Pommersfelden, Gräfl. Schönbornsche Bibl. 90/2656

γ = consensus codd. Bu¹Bx³N¹Po¹

E² Erlangen, Universitätsbibl. 207 (530)

L²³ Leipzig, Universitätsbibl. 1386

M¹⁰ München, Bayer. Staatsbibl., Clm 8001

λ = consensus codd. E²L²³M¹⁰

Φ = consensus trad. γλφ

C¹ Cambridge, Corpus Christi Coll. 35

F¹ Firenze, Bibl. Nazionale, Conv. Soppr. J.VII.47

F¹³ Firenze, Bibl. Laurenziana, S. Croce Plut. XXXVI dext. 9

Lc Lincoln (Nebr.), University, s.n.

α = consensus codd. C¹F¹F¹³Lc

Supposito secundum fidem catholicam quod mundus durationis initium habuit, dubitatio mota est utrum potuerit semper fuisse. Cuius dubitationis ut ueritas explicetur, prius distinguendum est in quo cum aduersariis conuenimus, et quid est illud in quo ab eis differimus. Si enim intelligatur quod aliquid preter Deum potuit semper fuisse quasi possit esse aliquid, tamen ab eo non factum, error abominabilis est, non solum in fide, sed etiam apud philosophos, qui confitentur et probant omne quod est quocumque modo esse non posse, nisi sit causatum ab eo qui maxime et uerissime esse habet. Si autem intelligatur aliquid semper fuisse, et tamen causatum fuisse, a Deo secundum totum id quod in eo est, uidendum est utrum hoc possit stare.

Si autem dicatur hoc esse impossibile, uel hoc dicetur quia Deus non potuit facere aliquid quod semper fuerit; aut quia non potuit fieri, et si Deus posset facere. In prima autem parte omnes consentiunt, in hoc scilicet quod Deus potuit facere aliquid quod semper fuerit, considerando potentiam ipsius infinitam; restat igitur

uidere utrum sit possibile aliquid fieri quod semper fuerit.

Si autem dicatur quod hoc non potest fieri, hoc non potest intelligi nisi duobus modis, uel duas causas ueritatis habere: uel propter remotionem potentiae passiva, uel propter repugnantiam intellectuum. Primo modo posset dici antequam angelus sit factus 'Non potest angelus fieri', quia non preexistit ad eius esse aliqua potentia passiva, cum non sit factus ex materia preiaceente; tamen Deus poterat facere angelum, poterat etiam facere ut angelus fieret, quia fecit et factus est. Sic ergo intelligendo, simpliciter concedendum est secundum fidem quod non potest causatum semper esse, quia hoc ponere esset ponere potentiam passiuam semper fuisse, quod hereticum est. Tamen ex hoc non sequitur quod Deus non possit facere ut fiat aliquid semper ens.

Secundo modo dicitur propter repugnantiam intellectuum aliquid non posse fieri, sicut quod non potest fieri ut affirmatio et negatio sint simul uera, quamvis Deus hoc possit facere, ut quidam dicunt, quidam uero dicunt quod nec Deus hoc

¹ catholicam] mundum ab eterno non fuisse sed add. α ² durationis initium inv. γ ³ habit] habuerit Bx⁴ α ⁴ prius] primum α primo Bx⁵ ⁵ in quo] quid est prasm. α ⁶ aduersariis] dentibus contrarium α ⁷ quid] quod γ (N) ⁸ non] potuit] potuerit $\alpha\gamma$ γ quasi] quod λ ⁹ esse aliquid inv. α ¹⁰ tamen] quod prasm. γ ¹¹ preter eum α ¹² om. λ ¹³ non] sit add. γ ¹⁴ probant] quod add. α γ ¹⁵ quocumque] quoquo α ¹⁶ sit causatum] sit creatum M¹⁰ α ¹⁷ om. Po¹ ¹⁸ qui] quod γ ¹⁹ causatum] creatum M¹⁰ α ²⁰ fuisse] esse N¹ α ²¹ id om. α ²² est om. γ ²³ state] ante possit γ case λ ²⁴ Si autem] et si γ esse impossibile] inv. λ ²⁵ non est possibile C¹ ²⁶ uel hoc dicetur] utrum hoc dicatur γ ²⁷ 18 quia] quod L¹⁰ α ²⁸ facere aliquid inv. γ ²⁹ 21 in hoc post scilicet α om. γ γ ³⁰ ipsius] eius B¹ γ (N) ³¹ 24 sit possibile inv. $\alpha\gamma$ ³² angelus sit inv. λ ³³ praecessit] processit α ³⁴ ex] a BPM¹⁰ aliqua add. L¹⁰ α ³⁵ preiaceente] anti α preexistente λ (E) ³⁶ tamen] sed prasm. γ ³⁷ poterit] potuit γ etiam] et λ (def. E) α ³⁸ simpliciter $\alpha\beta$ γ similiter est. ³⁹ concedendum est inv. γ (N) ⁴⁰ quia L¹⁰ post non BPM¹⁰ causatum C¹⁰ (γ) creatum est. ⁴¹ 38 semper] a deo prasm. λ ⁴² a deo add. α ⁴³ ponere] om. P¹⁰ ⁴⁴ hereticum est inv. γ ⁴⁵ fiat om. β ⁴⁶ semper] ante aliquid α (-C) ⁴⁷ anti fiat C¹ ⁴⁸ dicitur] scilicet add. α (P¹⁰) ⁴⁹ quando $\beta\lambda$ om. α ⁵⁰ sint simul inv. γ ⁵¹ quidam uero dicunt hom. om. λ

¹ Parall.: *Super Sent.* II d. 1 q. 1 a. 5; *Contra Gent.* II c. 38; *De potentia* q. 3 a. 14 et 17; *I Pars* q. 46 a. 1 et 2; *Quodl.* III a. 31; *Quodl.* XII a. 7. ² fidem catholicam: cf. *Conf. Lateran.* IV, 'Firmiter': «ab initio temporis utramque...condidit creaturam» (Mansi 22, 981; Friedberg II, 5). ³ aduersariis: Mundum fuisse ab eterno, impossibile esse censebant plerique, immo «ad eo contra rationem ut nullum philosophorum, quantumcumque parvi intellectus, crediderim hoc posuisse: hoc enim implicat in se manifestam contradictionem», ait S. Bonaventura *Super Sent.* II d. 1 p. 1 a. 1 q. 2; idem habet *Super Sent.* I d. 44 a. 1 q. 4 et *Bresloq.* II c. 1; cf. *Summa fr. Alexandri* I n. 64; Guill. de Baglione: «Non solum demonstrabile est mundum non esse aeternum, sed etiam hoc quod aeternus esse non potuit» (ed. Brady, *Antidotum*, 47 (1972) p. 370); Ioh. Pecham: «Dico quod mundus nullo modo fuit capax aeternae vel interminabilis durationis» (ed. Brady in *St. Thomas Aquinas 1274-1974 Comm. Studies*, Toronto 1974, II, p. 176). ⁴ philosophos...: cf. *De potentia* q. 3 a. 5; *Contra Gent.* I c. 13; *I Pars* q. 44 a. 1. ⁵ uel... uel...: cf. Arist. *Metaph.* V 14 (1019 b 21-25). ⁶ quidam: imponit Gilberto Porretano, eo quod dixerit *In Bost. De Trin.*: «Eque etenim uniuersa eius subjecta sunt potestati, ut...quocumque fuerint, possunt non fuisse» (PL 64, 1287 C; ed. Häring, Toronto 1966, p. 129 lin. 25-28). Cf. Guill. Autiss. *Summa aurea* I c. 12 (ed. Paris 1500, f. 25 vb); *Summa fr. Alexandri* I n. 156; S. Bonaventura *Super Sent.* I d. 42 a. 1 q. 3

posset facere, quia hoc nichil est : tamen manifestum est quod non potest facere ut hoc fiat, quia positio qua ponitur esse destruit se ipsam.
 50 Si tamen ponatur quod Deus huiusmodi potest facere ut fiant, positio non est heretica, quamvis ut credo sit falsa, sicut quod preteritum non fuerit includit in se contradictionem ; unde Augustinus in libro Contra Faustum « Quisquis ita dicit ‘Si omnipotens est Deus, faciat ut ea que facta sunt facta non fuerint’ , non uidet hoc se dicere ‘Si omnipotens est Deus, faciat ut ea que uera sunt eo ipso quo uera sunt falsa sint’ ». Et tamen quidam magni pie dixerunt Deum posse facere de preterito quod non fuerit preteritum ; nec fuit reputatum hereticum.

Videndum est ergo utrum in hiis duobus repugnantia sit intellectum, quod aliquid sit creatum a Deo et tamen semper fuerit ; et quicquid 6, de hoc uerum sit, non erit hereticum dicere quod hoc potest fieri a Deo, ut aliquid creatum a Deo semper fuerit. Tamen credo quod si esset repugnantia intellectum, esset falsum ; si autem non est repugnantia intellectum, non solum non est falsum sed etiam impossibile : aliter esset erro-neum, si aliter dicatur. Cum enim ad omnipotentiam Dei pertineat ut omnem intellectum et uirtutem excedat, expresse omnipotentie Dei derogat, qui dicit aliquid posse intelligi in 75 creaturis quod a Deo fieri non possit : nec est instantia de peccatis, que in quantum huiusmodi nichil sunt. In hoc ergo tota consistit questio, utrum esse creatum a Deo secundum totam substantiam et non habere durationis principium, 80 repugnat ad inuicem, vel non.

Quod autem non repugnat ad inuicem, sic

ostenditur. Si enim repugnat, hoc non est nisi propter alterum duorum, uel propter utrumque : aut quia oportet ut causa agens precedat duratione, aut quia oportet quod non esse precedat duratione 85, propter hoc quod dicitur creatum a Deo ex nichilo fieri.

Primo ostendam quod non est necesse ut causa agens, scilicet Deus, precedat duratione suum causatum si ipse uoluisset. Primo sic : nulla causa 90 producens suum effectum subito necessario precedit duratione suum effectum ; sed Deus est causa producens effectum suum non per motum, sed subito : ergo non est necessarium quod duratione precedat effectum suum. Prima per inductionem 95 patet in omnibus mutationibus subitis, sicut est illuminatio et huiusmodi ; nichilominus tamen potest probari per rationem sic.

In quocumque instanti ponitur res esse, potest poni principium actionis eius, ut patet in omnibus 100 generabilibus, quia in illo instanti in quo incipit ignis esse, calefacit ; sed in operatione subita, simul, immo idem est principium et finis eius, sicut in omnibus indiuisibilibus : ergo in quocumque instanti ponitur agens producens effectum 105 suum subito, potest poni terminus actionis sue. Sed terminus actionis simul est cum ipso facto ; ergo non repugnat intellectui, si ponatur causa producens effectum suum subito non precedere duratione causatum suum. Repugnat autem in 110 causis producentibus per motum effectus suos, quia oportet quod principium motus precedat finem eius. Et quia homines sunt assueti considerare huiusmodi factiones que sunt per motus, ideo non facile capiunt quod causa agens duratione 115 effectum suum non precedat ; et inde est quod

47 posset] potest α quia...facere hom. om. α hoc om. λ 49 positio] potentia C N^{β} ponitur] hoc add. λ 50 Deus] post huiusmodi B M^{α} post potest L $^{\alpha}$ huiusmodi] de praem. $\gamma\lambda$ de heri α 51 fiant] fiat α 52 Faustum] ita dicit add. P P^{α} 53 faciat] facit $\lambda\phi$ 55 ca om. α 56 facta⁴ N $^{\alpha}$] uera add. est. hoc se inv. γ (-N $^{\alpha}$) 57 Deus om. α 58 quo] quod α (-P $^{\alpha}$) falsa] non γ (-N $^{\alpha}$) 58 sint] sunt β 60 preterito...preteritum] pco...pcim β 62 est om. γ 63 repugnantia sit inv. γ 64 creatum] causatum α (-L $^{\alpha}$) γ 64-67 et quicquid...fuerit hom. om. α 65 de om. ϕ uerum γ utrum λ om. ϕ (def. α) dicte om. P $^{\alpha}$ quod] quia ϕ (-L $^{\alpha}$) 66 creatum] causatum γ 68 intellectum om. λ 70 etiam] subiandi <non est> (cf. Praef. § 24) impossible] possibile N $^{\alpha}$ aliter] enim add. N $^{\alpha}$ 70 eset errorneum N $^{\alpha}\phi$ esse et errorneum C L^{α} esse est errorneum et hereticum P $^{\alpha}$ esse hereticum F $^{\alpha}$ eset hereticum Po $^{\alpha}$ esse Bu Bx^{α} 71 si aliter dicatur om. α 73 uirtutem] ueritatem λ Dei om. α 77 consistit questio inv. λ 81 ad inuicem om. $\alpha\lambda$ 82 repugnat] -gnat F P^{α} -gnat β 84 ut] quod P γ causa om. γ (-N $^{\alpha}$) duratione] ante precedat γ om. P F^{α} 85-89 aut quia...duratione hom. om. β 88 hoc om. γ creatum] causatum α (def. β) 88 ostendam] -ditu λ 89 suum] omne γ om. α 90 causatum] creatum L $M^{\alpha}P^{\alpha}$ ipse om. β 91 suum effectum inv. α 92 duratione...effectum] effectum suum duratione α 93 effectum suum inv. M $^{\alpha}\gamma$ 96 patet ante per inductionem α 97 tamen om. E $P^{\alpha}\phi$ 98 sic] ergo add. λ 99 ponitur] ponuntur α 100 omnibus om. α 101 generabilibus L $R^{\alpha}P^{\alpha}(\text{C})$] -rationibus γ -alibus C P^{α} dub. est. 102 calefacit ϕ] est calefacio M $^{\alpha}$ calefacio E L^{α} uel calefactio est add. γ ignis incipit esse calefactio α 103 immo] in uno γ (-Bx $^{\alpha}$) 104 in¹] et praem. α 105 effectum suum inv. β 106 subito om. β sue...actionis] eius Li $^{\alpha}$ hom. om. P P^{α} 107 simul] post est ab² semper Bx P^{α} sue N $^{\alpha}$ 110 duratione post suum γ (-N $^{\alpha}$) 110 Repugnat] -aret α 111 per motum post suos α 112 motus om. γ (-N $^{\alpha}$) 113 finem] in effectum praem. β sunt assueti] inv. L $^{\alpha}$ consueti sunt α 115 duratione post suum γ

54 *Contra Faustum* XXVI c. 5 (PL 42, 481). 59 pie dixerunt : sic refertur Gilbertus in *Summa fr. Alex.* ubi supra 45. 86 propter hoc...ex nichilo fieri : cf. Bonaventura *Super Sent.* II d. 1 a. 1 q. 2 ult. ratio ad oppos. ; *Brevilog.* II c. 1. 103 simul...indiuisibilibus : cf. Arist. *Phys.* VIII 2 (251 b 21 et 25) ; in nostra Praef. § 23.

multorum inexperti ad pauca respicientes facile enuntiant.

Nec potest huic rationi obuiare quod Deus est causa agens per voluntatem, quia etiam uoluntas non est necessarium quod precedat duratione effectum suum; nec agens per voluntatem, nisi per hoc quod agit ex deliberatione: quod absit ut in Deo ponamus.

Preterea, causa producens totam rei substantiam non minus potest in producendo totam substantiam, quam causa producens formam in productione forme; immo multo magis, quia non producit educendo de potentia materie, sicut est in eo qui producit formam. Sed aliquod agens quod producet solum formam potest in hoc quod forma ab eo producta sit quandocumque ipsum est, ut patet in sole illuminante; ergo multo fortius Deus, qui producet totam rei substantiam, potest facere ut causatum suum sit quandocumque ipse est.

Preterea, si aliqua causa sit, qua posita in aliquo instanti non possit poni effectus eius ab ea procedens in eodem instanti, hoc non est nisi quia cause deest aliquid de complemento; causa enim completa et causatum sunt simul. Sed Deo numquam defuit aliquid de complemento; ergo causatum eius potest poni semper eo posito, et ita non est necessarium quod duratione precedat.

Preterea, uoluntas uolentis nichil diminuit de uitrite eius, et precipue in Deo. Sed omnes soluentes ad rationes Aristotilis quibus probatur res semper fuisse a Deo, per hoc quod idem semper facit idem, dicunt quod hoc sequeretur si non esset agens per voluntatem; ergo etsi ponatur agens per voluntatem, nichilominus

sequitur quod potest facere ut causatum ab eo numquam non sit. Et ita patet quod non repugnat intellectui quod dicitur agens non precedere effectum suum duratione, quia in illis que repugnant intellectui, Deus non potest facere ut illud sit.

Nunc restat uidere an repugnet intellectui aliquod factum numquam non fuisse, propter quod necessarium sit non esse eius duratione precedere, propter hoc quod dicitur ex nichilo factum esse. Sed quod hoc in nullo repugnet, ostenditur per dictum Anselmi in Monologion 8 capitulo exponentis quomodo creatura dicatur facta ex nichilo. «Tertia, inquit, interpretatio, qua dicitur aliquid esse factum de nichilo, est cum intelligimus esse quidem factum, sed non esse aliquid unde sit factum; per similem significationem dici uidetur, cum homo contristatus sine causa dicitur contristatus de nichilo. Secundum igitur hunc sensum si intelligatur quod supra conclusum est, quia preter summam essentiam cuncta que sunt ab eadem ex nichilo facta sunt, id est non ex aliquo, nichil inconueniens sequetur». Unde patet quod secundum hanc expositionem non ponitur aliquis ordo eius quod factum est ad nichil, quasi oportuerit illud quod factum est nichil fuisse et postmodum aliquid esse.

Preterea, supponatur quod ordo ad nichil in prepositione importatus remaneat affirmatus, ut sit sensus: creatura facta est ex nichilo, id est facta est post nichil, hec dictio 'post' ordinem importat absolute. Sed ordo multiplex est, scilicet durationis et nature; si igitur ex communi et uniuersali non sequitur proprium et particulare,

¹¹⁷ respicientes] consipientes α facile enuntiant inv. α ¹¹⁹ obuiare] -ari αγ(-Ν¹) Deus suppl. cum αγ] om. λφ ¹²⁰ etiam om. α ¹²⁴ ut...ponamus] in deo(eo Po¹) ponere γ ¹²⁵ rei om. β ¹²⁶ producendo om. β ¹²⁹ educendo om. γ(-Ν¹) ¹³⁰ aliquod agens inv. γ(-Ν¹) ¹³¹ solum] solam Ν¹λα in hoc quod] etiam hoc ut α ¹³⁵ ut] quod β ¹³⁶ ipse] ipsum αφ ¹³⁹ in codem ras. p¹ in P⁴(def. Li¹) om. Pa¹ ¹⁴⁰ cause] illi prae*m.* α ¹⁴¹ completa] ponit add. γ sunt] sumum γλ ¹⁴³ ponit om. β semper ante potest α ¹⁴³ eo] ab eo α ¹⁴⁵ diminuit] minuit α ¹⁴⁹ facit βγ] faciat ¹²⁸ fieri λ om. α ¹⁵⁰ agens] causa β ¹⁵⁰ ergo...uoluntatem ¹⁵¹ om. α ¹⁵¹ agens om. β ¹⁵² sequitur] -ctus γ -cretu C¹ om. F¹ ¹⁵⁴ agens] causa prae*m.* α ¹⁵⁸ repugnet] -gnat E¹M¹γ ¹⁵⁹ propter φ] hoc add. est. ¹⁶² repugnet] -gnat γ ¹⁶³ Anselmi in Monologio] ar. in ix λ ¹⁶⁴ 8 capitulo] 7 ca. λ inv. αγ ¹⁶⁵ factual] post nichilo γ ante dicatur β ¹⁶⁶ qual] pro quo α esse] post factum γ(-Ν¹) om. E¹M¹γ de] ex α ¹⁶⁷ cum] quod Lc om. α(-Lc) esse quidem inv. β ¹⁶⁸ esse] est γ unde] unum λ non β ¹⁶⁹ constristatus] atur γφ ¹⁷⁰ sicut causa] sū cū φ sit cū E¹M¹ sit causa L¹ nichilo] nullo β ¹⁷¹ hunc om. α si om. α quod] quia γ(-Ν¹) ¹⁷² eadem γ] codem est. ¹⁷³ sequitur] -itur Po¹ subsequetur α ¹⁷⁶ non] quod prae*m.* Br¹β ¹⁷⁷ illud] prius α prius prae*m.* E¹L¹β prius add. post factum est M¹Po¹ ¹⁷⁸ aliquid] ad λ(-M¹) ¹⁸⁰ supponatur] ponatur γ(-Ν¹) in prepositione αλ] om. est. ¹⁸¹ ordinem importat inv. β ¹⁸⁵ durationis] et prae*m.* α si sic β ¹⁸⁶ uniuersali] nichili α

¹¹⁷ multorum...enuntiant: Arist. *De gen.* I 3 (316 a 8-10) sec. transl. veterem: «Ex multis sermonibus iudeo existentium entes ad pauca respicientes enuntiant facile» (cod. Oxford, Bodl. Soden 24, f. 42 v). ¹⁴¹ sunt simul: cf. Arist. *Metaph.* V 3 (304 a 20-23). ¹⁴⁵⁻¹⁵³ Cf. *De potentia* q. 3 a. 14 arg. 4 et 5. ¹⁴⁶ omnes soluentes: v. gr. Philippus Cancell. *Summa* (cod. Paris, B. N. lat. 15749, f. vi va-vb); Hugo a S. Charo *Super Sent.* II d. 1 (cod. Brugge, Stadsbibl. 178, f.38 va); Odo Rigaldus *ibid.* (cod. Paris, B. N. lat. 14910, f.110 ra); Richardus Rufus *ibid.* (cod. Oxford, Balliol 62, f. 104 ra); et ipse Thomas *De pot.* q. 3 a. 17 ad 6. ¹⁴⁷ rationes Aristotilis: scilicet quas ex Aristotele effato confingunt magistri, ut habet Albertus *Summa de creaturis* II q. 20 a. 1 (Borgnet 55, 648) et *Super Sent.* II d. 1 a. 10 (Borgnet 27, 26). ¹⁴⁸ idem semper facit idem: Arist. *De gen.* et corr. II c. 10 (336 a 27-28). ¹⁶¹ propter hoc...: cf. v. gr. Alex. Halensis *Q. De aeternitate*: «quod est de nichilo habet esse post non esse et ita habet principium» (cod. Paris, B. N. lat. 16406, f. 6 rb). ¹⁶³ Cap. 8 (PL 158, 156 C). ¹⁸⁰⁻¹⁹⁵ Cf. *De pot.* q. 3 a. 14 ad 7, referens Avicennam, scilicet *Metaph.* tr. VI c. 2 C (ed. Venetii 1508, f. 92 ra).

non esset necessarium ut, propter hoc quod creature dicitur esse post nichil, prius duratione fuerit nichil et postea fuerit aliquid, sed sufficit si prius natura sit nichil quam ens. Prius enim naturaliter inest unicuique quod conuenit sibi in se, quam quod solum ex alio habetur; esse autem non habet creature nisi ab alio, sibi autem relicta in se considerata nichil est: unde prius naturaliter est sibi nichilum quam esse. Nec oportet quod propter hoc sit simul nichil et ens, quia duratione non precedit; non enim ponitur, si creature semper fuit, ut in aliquo tempore nichil sit, sed ponitur quod natura eius talis esset quod esset nichil, si sibi relinqueretur: ut si dicamus aerem semper illuminatum fuisse a sole, oportebit dicere quod aer factus est lucidus a sole. Et quia omne quod fit ex incontingenti fit, id est ex eo quod non contingit simul esse cum eo quod dicitur fieri, oportebit dicere quod sit factus lucidus ex non lucido uel ex tenebroso; non ita quod umquam fuerit non lucidus uel tenebrosus, sed quia esset talis si eum sibi sol relinqueret. Et hoc expressius patet in stellis et orbibus que semper illuminantur a sole.

Sic ergo patet quod in hoc quod dicitur aliquid esse factum a Deo et numquam non fuisse, non est intellectus aliqua repugnantia. Si enim esset aliqua, mirum est quomodo Augustinus eam non vidit, quia hoc esset efficacissima via ad improbandum eternitatem mundi; cum tamen ipse multis rationibus impugnet eternitatem mundi in XI et XII De ciuitate Dei, hanc etiam viam omnino pretermittit. Quinimmo uidetur innuere quod non sit ibi repugnantia intellectuum, unde dicit

X De ciuitate Dei 31 capitulo, de Platonicis loquens « Id quomodo intelligent inuenient, non esse hoc scilicet temporis sed substitutionis initium. Sic enim, inquiunt, si pes ex eternitate semper fuisset in puluere, semper ei subasset 225 uestigium, quod tamen uestigium a calcante factum nemo dubitaret; nec alterum altero prius esset, quamvis alterum ab altero factum esset. Sic, inquiunt, et mundus et dii in illo creati semper fuerunt, semper existente qui fecit; et 230 tamen facti sunt ». Nec umquam dicit hoc non posse intelligi, sed alio modo procedit contra eos. Item dicit XI libro 4 capitulo « Qui autem a Deo quidem mundum factum fatentur, non tamen eum temporis sed sue creationis initium volunt 235 habere, ut modo quodam uix intelligibili semper sit factus, dicunt quidem aliquid » etc. Causa autem quare est uix intelligibile tacta est in prima ratione.

Mirum est etiam quomodo nobilissimi philosophorum hanc repugnantiam non uiderunt. Dicit enim Augustinus in eodem libro capitulo 5, contra illos loquens de quibus in precedenti auctoritate facta est mentio, « Cum hi agimus qui et Deum corporum, et omnium naturarum 245 que non sunt quod ipse, creatorem nobiscum sentiunt »; de quibus postea subdit « Iste philosophos ceteros nobilitate et auctoritate uicerunt ». Et hoc etiam patet diligenter consideranti dictum eorum qui posuerunt mundum semper fuisse, 250 quia nichilominus ponunt eum a Deo factum, nichil de hac repugnantia intellectuum percipientes; ergo illi qui tam subtiliter eam percipiunt soli sunt homines, et cum illis oritur sapientia.

¹⁸⁷ esset] est γ erit α ¹⁸⁸ prius...nichil *bom. om. β* ¹⁸⁹ et postea] quam *Pm* ¹⁹⁰ naturaliter inest *inv. α* ¹⁹¹ unicuique *om. α*
¹⁹¹ in *sc*] ex se α inesse λ ¹⁹² alio] aliquo λ habetur φ] habet est. ¹⁹⁴ in *sc*] et *prasm. E¹γ(-N¹)* in re λ ¹⁹⁵ sibi nichilum]
nichil P^m ¹⁹⁸ fuit] fuit *L¹M¹* ¹⁹⁹ ponitur] ponamus-atur *L¹β* ²⁰⁰ factus est *inv. α* (*def. C*) ²⁰¹ incontingenti α] contingenti est. ²⁰⁴ quodⁱ]
semper past illuminatum γ *om. β* ²⁰² fuisse *om. α* ²⁰³ factus est *inv. α* (*def. C*) ²⁰⁴ incontingenti α] contingenti est. ²⁰⁴ quodⁱ]
quo α ²⁰⁶ ex non...lucidus *bom. om. β* ²⁰⁷ *unquam coni. cum F¹N¹P¹*] numquam est. ²⁰⁸ eum *om. α*
²⁰⁸ sibi sol *inv. β* ²⁰⁹ relinqueret] excutit α(-C) ²⁰⁹ et *orbibus*] in ordinibus *Pm* in omnibus β que] qui α quod λ ²¹² esse
factum α(-E) ²¹³ esset aliqua *inv. γ* ²¹⁵ hoc *om. β* improbandum] dam γ(-P¹) ²¹⁶ cum...mundi *bom. om. α*
²¹⁶ tamen *om. P^m* ²¹⁸ etiam φ(-L¹) tamen γ ignit λ autem est. ²²⁰ dicitur λ ²²¹ 31 capitulo] et 30 c. α
²²² Id] ad *Pm* intelligent] gatur β inuenientur] meminimus β ²²³ hoc *om. φ* scilicet uidelicet α substitutionis subsannationis *Pm* ²²⁴ Sic] sū *Pm* sic λ inquit *Pm*] res λ(-M¹) ²²⁵ semper ante ex α ei *om. α* ²²⁶ quod...uesti-
giunt bom. om. α ²²⁶ a] ex α ²²⁸ esset *om. γ(-N¹)* quanuus] quibus β ab altero *om. β* esset. Sic] est sicut β ²²⁹ et *om. λ*
²²⁹ dii in dum β ²³⁰ existente] -item β fecit] sic *prasm. γ(-N¹)* et...sunt *om. α* ²³¹ unquam λ ²³² sed...
procedit α...procedat α ²³³ XI] XII] γ X. C¹ 4 capitulo] c. 4 α ²³⁴ quidem] omnem β mundum factum *inv. α* factum
om. φ ²³⁴ fatentur] eretur E¹M¹ facere *Pm* formatum β ²³⁶ habere *ant* sed *sue α* ut] non *prasm. β* intelligibili] illigi α
²³⁷ quidem *Pm*] quidam est. ²³⁸ aliquid etc.] aliqui γ aliquid et φ αutem] est β *om. Pm* est uix intelligibili] uix intelligibilis
est α ²³⁸ tacta] tactum *Pm* ²⁴⁰ etiam] ante est γ(-P¹) *past* nobilissimi E¹M¹ *post* hanc *L¹* ²⁴² capitulo 5 *inv. γ* ²⁴⁶ que
non quod non φ(-L¹) que *L¹* ²⁴⁶ creatorem *Bx¹E¹M¹* creatorem nostrum *past* nobiscum *L¹* creator est est. nobiscum] et *prasm. γ*
²⁴⁷ Iste] iste *Pm* *om. L¹* ²⁴⁸ ceteros (homines add. *Bx¹*) ante philosophos γ et] atque α ²⁵¹ nichilominus ponunt] nullus
possuit(et *P^m*) α ²⁵¹ cum *om. α(-Lc)* ²⁵² percipientes] sentientes α ²⁵³ can] iam λ

²⁰³ omne...ex incontingenti fit: eadem habet Thomas cum eadem expositione *Super Sent. III* d. 3 q. 5 a. 3 ad 3 et *De pot. q. 3 a. 1 ad 15*, referens *I Phys.*, scilicet forte *Phys. I* 10 (188 a 32 et b 12). Cf. nostra Praef. § 27. ²¹⁸ Lib. XI c. 4-5 (PL 41, 319-321; CCL 48, 323-326); XII c. 15 (PL 41, 363-365; CCL 48, 370-374). ²²¹ PL 41, 311; CCL 47, 309. ²³³ PL 41, 319; CCL 48, 324. ²³⁸ tacta est: *supra* 113-118.
²⁴² *De civ. Dei* XI c. 5 (PL 41, 319-320; CCL 48, 325). ²⁵⁴ soli...sapientia: cf. *Iob* xii: « Ergo vos estis soli homines, et vobiscum
moriatur sapientia ».

255 Sed quia quedam auctoritates uidentur pro eis facere, ideo ostendendum est quod prestant eis debile fulcimentum. Dicit enim Damascenus I libro 8 capitulo « Non aptum natum est quod ex non ente ad esse deducitur, coeterum esse ei quod sine principio est et semper est ». Item Hugo de Sancto Victore, in principio libri sui De sacramentis, dicit « Ineffabilis omnipotentie uirtus non potuit aliud preter se habere coeterum, quo faciendo iuaretur ».

265 Sed harum auctoritatis et similius intellectus patet per hoc quod dicit Boetius in ultimo De consolatione « Non recte quidam, cum audiunt uisum Platoni mundum hunc nec habuisse initium temporis, nec habiturum esse defectum, hoc modo 270 Conditori conditum mundum fieri coeterum putant. Aliud enim est per interminabilem uitam duci, quod mundo Plato tribuit, aliud interminabilem uite totam pariter complexam esse presentiam, quod diuine mentis esse proprium manifestum est ». Unde patet quod etiam non sequitur quod quidam obiciunt, scilicet quod creatura equaretur Deo in duratione.

Et quod per hunc modum dicatur quod nullo modo potest esse aliquid coeterum Deo, quia 280 scilicet nichil potest esse immutabile nisi solus Deus, patet per hoc quod dicit Augustinus in libro XII De ciuitate Dei capitulo 15 « Tempus quoniam mutabilitate transcurrit, eternitati immutabili non potest esse coeterum. Ac per hoc

etiam si immortalitas angelorum non transit in tempore, nec preterita est quasi iam non sit, nec futura quasi nondum sit : tamen eorum motus, quibus tempora peraguntur, ex futuro in preteritum transeunt ; et ideo Creatori, in cuius motu dicendum non est uel fuisse quod iam non sit, uel futurum esse quod nondum sit, coeterni esse non possunt ». Similiter etiam dicit VIII Super Genesim « Quia omnino incommutabilis est illa natura Trinitatis, ob hoc ita eterna est ut ei aliquid coeterum esse non possit ». Consimilia uerba dicit in XI Confessionum.

Addunt etiam rationes pro se, quas etiam philosophi tetigerunt et eas soluerunt, inter quas illa est difficilior que est de infinite animarum : quia si mundus semper fuit, necesse est modo infinitas animas esse. Sed hec ratio non est ad propositum ; quia Deus mundum facere potuit sine hominibus et animabus, uel tunc homines facere quando fecit, etiam si totum mundum fecisset ab eterno : et sic non remanerent post corpora anime infinite. Et preterea non est adhuc demonstratum quod Deus non possit facere ut sint infinita actu.

Alio etiam rationes sunt, a quarum responsione supersedeo ad presens : tum quia eis alibi responsum est, tum quia quedam earum sunt adeo debiles, quod sua debilitate contrarie parti uidentur probabilitatem afferre.

255 quedam auctoritates] quidam auctores (aut. E^mM¹⁰) λ 256 prestant] post eis γ(-N¹) post debile N¹ 257 fulcimentum] funda-
mentum α 258 I libro] in li.º γ(-N¹) li.º¹ N¹ 259 ex non ente] non ex ente C¹ non exente φ ad] aliquid prae*m*. α deducitur]
-stur α 260 sine] sibi P¹ semper φ est] esse β Item] ideo λ(-L¹) 261 libri sui] similiter (om. F) α 262 dicit] et
γ(-N¹) om. α 263 aliud] aliquod(-quid F) α 264 faciendo] se add. λ 265 harum] horum λ(-L¹) 266 patet post hoc α dicit
Boetius inv. α 266 in om. α 267 recte] rectum α cum audiunt] concludunt β 268 uisum] ut β Platoni -onis α -onici β
268 nec] non M¹ α(-C) 271 putant] -tauit λ enim om. Li¹P¹ uitam duci] dici uitam α uitam dici β 273 complexam] -etam α
274 esse] essenti β post proprium α 276 scilicet om. α 277 Deo om. β 278 quod om. βλ per] propter λ 279 esse aliquid
inv. λ 280 nichil] ante scilicet α(F) nec P¹ 281 patet] quod prae*m*. α in libro om. α 282 XII om. β 15] x. γ Tempus]
ipse λ 283 immutabili] -bilis β 284 non α] nec est. Ac] et Bx¹P¹ om. N¹ per] propter γ 286 quasi] quia λφ iam]
non prae*m*. α 286-291 nec futura...sit hom. om. F¹ 287 nondum] nudum λ nondum sit] non desit α(def. F) 291 tamen] cum N¹ φ
288 preteritum] -ito β 289 transuenit] pertransiuit α(def. F) 291 coeteri C¹P¹M¹ γ] -num est. 292 dicit] dicitur α VIII]
lac. P¹P¹ om. Li¹ 293 Quia] quod β 293 Consimilia] et similia α 297 pro se] ante rationes α om. β 298 soluerunt] salueme-
runt α 300 necesse] et prae*m*. β 303 tunc] etiam potuit add. α homines] -inem α post facere β 304 etiam si inv. α mundum]
alium prae*m*. α 306 non est post adhuc α 308 ut sint om. γ(-N¹) 309 quarum] quorum P¹ 310 ei alibi inv. F¹P¹M¹ γ
311 adeo] post debiles sunt N¹ ante debiles sunt B¹ ita α tam β 313 probabilitatem afferre inv. E^mM¹⁰

257 PG 94, 814 B ; sec. transl. Burgundionis (ed. Buytaert, St. Bonaventura N. Y. 1955, p. 32). Haec Damasceni auctoritas affertur in sed contra *De potentia* q. 3 a. 14 s. c. 2. 261 *De sacramentis* I-1 c. 1 (PL 176, 187 B). 266 *De consol.* V prosa 6 (PL 63, 839 B; CCL 94, 101 lin. 28-34). 276 quidam : immo multi, teste Alberto *Super Sent.* II d. 1 a. 10 : « Obiciunt multi quod in nullis creature comparabilis est creatori, ergo nec in duratione » (Borgnet 27, 29). Ita Odo Rigaldus *Super Sent.* II d. 1 : « Non est creature coetera creatori...Abiit enim ut creature equetur creatori in aliqua conditione nobilitatis, et ideo necesse est ut <creator> excedat duratione » (cod. Paris, B. N. lat. 14910, f. 109 rb). 282 Rectius : cap. 16 (PL 41, 364-365 ; CCL 48, 372). 293 *Super Genes. ad litt.* VIII c. 23 (PL 34, 389). 296 *Confess.* XI c. 30 (PL 32, 826). 299 difficilior : iam contra cam occurribat Algazel *Metaph.* I tr. 1 divisio 6 (ed. Muckle, Toronto 1953, pp. 40-41), ut notat Thomas *Super Sent.* II d. 1 q. 1 a. 5 ad 6 in contrarium ; et inde plerique eam opponerebant, v. gr. Bonaventura *Super Sent.* II d. 1 p. 1 a. 1 q. 2 arg. 3 ad oppos. ; Guill. de Bagliona hoc argumentum afferat quasi potissimum (cod. Firenze, Laurenz. Plut. XVII sin. 7, f. 94 vb; ed. Brady, p. 368-69). 306 non est...demonstratum : quidam enim, ut Algazel l. c., « pro inconvenienti non habent quod sint aliqua infinita in actu in his quae ordinem non habent ad invicem » (*Contra Genit.* II c. 38 et 81 ; *De unitate intellectus* 5, 317-333). Tamen I Pars q. 7 a. 3 conceditur motus quidem vel tempus infinitum, non vero magnitudo infinita.

310 alibi : locis cit. supra 1.